



## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Alberti Doctoris Magni ex Ordine Prædicatorum  
Episcopi Ratisponensis De Adhærendo Deo Libellvs**

**Johannes <de Castello>  
Albertus <Magnus>**

**Antverpiae, 1621**

Cap. XII. Quòd fascinatio non est naturaliter, sed ministerio dæmonum fit:  
quòd autem homines quidam generantur qui mira agunt, rarò tamen, per  
Albertum declaratur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44148**

lis ergo secundūm ipsum est Nigromantiæ, & non seſtanda.

## C A P V T XII.

*Quòd fascinatio non est naturaliter,  
sed ministerio dæmonum fit. quòd  
autem homines quidam generan-  
tur qui mira agunt, raro tamen,  
per Albertum declaratur.*

**Q**VI autem fascinationem defendere nituntur cum Auicenna, qui dixit cum aliquibus Philosophis, quòd anima in tantum posset esse eleuata conceptu mentis & imaginationis, quòd non solum corpora moueat hominum; sed etiam eius virtutis, ut eleuet nubes, & producat pluuias, & ignes faciat coruscare per solum imperium, propter obedientiam quam habet materia generabilium ad huiusmodi animalium: & hanc dixerunt potestatem Prophetarum esse, qui signa & portenta ostendunt: audiant Albertum in suo Libro de Motibus animalium, qui dicit omnino falsam esse hanc opinionem, quam etiam ibidem magistraliter impugnat

pugnat & destruit. Hanc eamdein opinionem Auicennæ falsissimam etiam impugnat in *De somno & vigilia*, dicens quod non potest probari per Philosophiam. Item adhuc in secundo scripto, distinctione VII. ipsam præfatam opinionem recitat & adiungit, sic dicens : *Non approbo dictum Auicenna & Agazel de fascinatione : quia credo quod fidem firmam in Domino habenti non nocet fascinatio, nec nocere potest ars magica, nec facit aliquid ex ijs que timentur de talibus.* Ex his verbis Alberti habes, quod fascinatione pertinet ad Magos ; & quod aliquando fit, non utique ideo fit, quia hanc homo naturaliter potest, ligando scilicet alium; sed ob perfidiam hominum: qui non firmi in fide timent huiusmodi; tunc profectò non mirum quod diabolus sit fascinationis operator, mediantibus malis & superstitionis, quibus diabolus utitur ut instrumento. Et si aliquando homines generantur qui mira agunt, sicut recitat Albertus in præfato Libro de Motibus animalium de duobus geminis suo tempore in Germania natis, quod ubicumque portabantur ad seras, aperiebantur : & quod

quod vnuſ habuit in dextro latere hoc,  
frater eius in ſinistro : raro tamen con-  
tingit , & qualiter fit , per venerabilem  
Albertum declaratur , qui ad longum  
de hac materia ibidem diſputat in De  
motibus animalium.

## CAP V T X I I .

*Quod ſculpturæ lapidum ad aspectus  
aſtrorum ſunt prohibita: & quod  
imagines ſculpta ad aspectus aſtro-  
rum non poſſunt loqui. Inſuper de  
pygmaeis & pſittaco aue quæ lo-  
quuntur quo modo intelligantur.*

**D**e ſculpturis lapidum aliqui ſe in-  
tromittentes , proculdubiò erro-  
res periculosos quandoque non eua-  
dunt. Vnde ſciendum , quod de eiusmo-  
di ſculpturis ad longum determinat hic  
venerabilis Albertus in ſuo Libro Mi-  
neralium , reprobando primò errorem  
illorum qui dixerunt , lapides habere  
animas , eò quod mirabilia quandoque  
operantur per lapides. Et quamuis ſe-  
cundūm iſum in præfato Libro ſcul-  
ptura